


Q. D. B. V

**A**lmae Vniuersitatis Lipsiensis RECTORE  
**CAROLO GOTTLOB KÜHN,**

MEDICINAE AC CHIRVRGIAE DOCTORE, PHILOS. AC LIBERALIUM ARTIUM MAGIST. THERAP. PROFESSORE PVBL. ORDIN. FACVLTATIS MED. ASSESSORE, COLLEG. MIN. PRINC. H. T. PRAEPOSITO, SOCIET. OECON. LIPS. SYDENHAM. MEDIC. AC CHIR. PER HELVET. LIT. COMMERC. ALENTIVM, DIVIONENSIS, NANCEIANAE ET LATIN. IENENS. MEMBRO HONORARIO, Sacris Academicis initiari cupiens, studiis bonarum artium atque litterarum nomen dedit, et Albo Philureae nostrae insertus, inque numerum discipulorum relatus est

*Andreas a Kernenkampff,  
Revaliensis.*

In cuius rei fidem testimonium hoc publicum, consueto Rectoratus Academici Sigillo communitum, ipsi dedimus. Die *xxi* Mensis *Octobris* Anno Salutis per Christum reparatae *1805*.



Ego N. promitto,  
me

**T**ibi, Rector Magnifice, Tuisque successoribus, esse obedientiam praestitutum, legibusque huius Academiae conditis, atque condendis, obtemperatum; adeoque

I. humanitatem, et honestatem morum studio artium liberalium dignam, sectaturum, idque, quum in omni vitae institutione, ipsoque vestitu, tum in publicis locis, in aedibus sacris in primis, et in auditoriis, nec non in plateis, atque portis vrbis, et in spectaculis scenicis, modeste me gerendo, iustitiae et securitatis publicae ministros superioris ordinis comiter colendo, inferioris non laceffendo, a clamoribus et discursationibus abstinendo, denique pecunia pro valuis portarum aperiendis rite soluenda, probaturum;

II. intra ipsius vrbis pomoerium, non in vicis vicinis, ne in suburbis quidem, nisi impetrata Consilii academici venia, habitaturum;

III. Sodalitia illa Academicis perniciofa, quae *Pemalifini*, *Nationalifini*, atque *Ordinum academicorum*, nomine veniunt, et inde ab anno MDCLXI. pluribus Principum Electorum Saxoniae edictis feueriffime prohibita sunt, vitaturum, atque ex animo execraturum, neque ad ista mala fouenda, aut resuscitanda, quidquam, agendo vel patiendo, collaturum, et, si quem simile quid moliri intellexero, Rectori indicaturum;

IV. iniuriam mihi illatam consulo, nec ipsum, nec per alium, viturum, neque aliis iniuriae per vim viciscendae, vel suaforem, vel focium, vel adiutorem, futurum;

V. Si abitu ex vrbe, eiusque vicinia, mihi interdictum fuerit, sine permisso Rectoris, neque ipsum discessurum, neque res meas amoturum; si vero, quod Deus auertat! propter delicta commissa, *relegatus* in perpetuum, aut ad tempus, e communitate hac literaria excessu iustus fuero, definita die vrbe excessurum;

VI. Neque praesentem, neque absentem, consilia contra salutem et dignitatem Academiae Lipsiensis initurum, imo commoda huius Academiae, ad quemcunque statum peruenero, quantum in me erit, procuraturum atque promoturum esse.

Vniuersitatis Lipsiensis Rectore

**CAROLO GOTTLOB KÜHN,**  
MEDICINAE AC CHIRVRGIAE DOCTORE, PHILOS. AC  
LIBERALIVM ARTIVM MAGIST. THERAP. PROFESSORE  
PVBL. ORDIN. FACVLTATIS MED. ASSESSORE, COLLEG.  
MIN. PRINC. H. T. PRAEPOSITO, SOCIET. OECON. LIPS.  
SYDENHAM. MEDICOR. AC CHIR. PER HELVET. LIT.  
COMMERC. ALENTIVM, DIVIONENSIS, NANCEIANAE  
ET LATIN. IEN. MEMBRO HONORARIO,

promissione supra scripta Academiae Lipsf. se obstrinxit, numeroque ciuium academicorum adscriptus est

*Andreas a Hennenkampff,*  
*Revaliensis.*

Anno cIoIpcccv. d. XXI Mens. Octobris.

Q. D. B. V

Almae Universitatis Lipsiensis Rectore Carolo Gottlob Kühn, Medicinae ac Chirurgiae Doctore, Philos. ac Liberalium Artium Magist. Therap. Professore Publ. Ordin. Facultatis Med. Assessore, Colleg. Min. Princ. h. t. praeposito, Societ. Oecon. Lips. Sydenham. Medic. ac Chir. per Helvet. Lit. Commerc. Alentium, Divionensis, Nanceianae et Latin. Ienens. Membro Honorario,  
Sacris Academicis initiari cupiens, studiis bonarum artium atque litterarum nomen dedit, et Albo Philureae nostrae insertus, inque numerum discentium relatus est

Andreas a Rennenkampff, Revaliensis.

In cuius rei fidem testimonium hoc publicum, consueto Rectoratus Academici Sigillo communitum, ipsi dedimus. Die XXI Mensis Octobris Anno Salutis per Christum reparatae (I)I)CCCV.

---

Der Rektor der Universität Leipzig, Carl Gottlob Kühn, bescheinigt Andreas von Rennenkampff am 21.10.1805, daß dieser ein Studium der Schönen Künste und Schriften (bonae artes atque litterae) abgeschlossen hat und in die Ränge der Universitätsabsolventen aufgenommen worden ist.

[Im ersten Absatz werden lediglich die Titel des Rektors aufgelistet.]